a lra per vos Terrae officii praefati Castrensis Premisliensis et Actorem sibi non reci-
piendo nullasque motiones appellationes ac eandem prosequutiones facere praemissaque
omnia ordinis simplicibus vel iuridicis exceptionibus suspensionibus fatalibus ...
praesenti Terri bello Convocationeque et aliis omnibus iuris remediis et defen-
sionibus non subterfugiendo Hac sua personali recognitione cum praemissa omnia
mediante.

Magcus Capneus Margeburgen et Vexillifer Terræ Præmislien suo et Fratris noïe Roborat

Comparentes personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Magnificus Nicolaus Raphael Ostemberg Kostka Incisor Sacrae Reginalis Maiestatis Margeburgensis Sternegardiensisque Capitaneus ab una et Generosus Raphael a Grochowce Grochowski vexillifer Terrae Premisliensis et aulicus Sacrae Regiae Maiestatis nomine Reverendissimi in Christo Patris Domini Stanislai a eadem Grochowce Grochowski Prepositi Sancti Michaelis Archangeli in arce Cracoviensi Custodis Sendomiriensis Cracoviensis Warsaviensis Canonici ac supremi Thesauri Sacrae Regiae Maiestatis Notarii fratris sui germani pro cuius ratione Cavet ac se praesentes inscribit ex altera partibus Sani mente et corpore existentes a Terris districtibus iuribus iurisdictionibus sub quibus ... propriis et competentibus recedendo se cum successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporantes et subiicientes palam libere ac per expressum recognoverunt et quilibet ipsorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia se et suos successores de et super bonis suis quibus omnibus nunc habitis et in posterum habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri parti inscribunt et obligant praesentem intercisam certam inter se recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actis et data hic Premisliae die hodierna actus praesentis confectam manibus suis propriis subscriptis et sigillis communitam in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis nexibus ligamentis universis in eaque intercisa contentis firmiter tam in toto quam in parte tenere complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque intercisae et omnibus illius contentis toties

quoties

quoties opus fuerit satisfacere intercisam praedictam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad eandemque intercisam in toto vicissim referendo Idque sub vadio sexdecem millium et quingentorum florenorum pecuniae polonicalis per partem parti et successores utriusque ob non complentionis contentorum intercisae praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Insuper idem regens Generosus Raphael Grochowski vexillifer Terrae Premisliensis se ac suos successores de et super bonis suis quibus omnibus nunc habitis et in posterum habendis eidem Magnifico Nicolao Raphaeli Kostka et ipsius successoribus inscribit et obligat praesenter suprascriptum Reverendum Stanislaum Grochowski Supremum Notarium Thesauri Sacrae Regiae Maiestatis vel in eventu mortis cuius successores ad approbandum processum praesentem vel similem faciendam inse praedicti Magnifici Nicolai Raphaelis Kostka vel eius successorum inscriptionem intercisae praesentem roboratam necnon intercisam praefatam ligas-mentaque eius in se assumendum ad Actaque quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia ante decursum medii anni abhinc computando adducere et ibi statuere ac ab eo ut praemissa exequatur efficere Ad tempus vero statuitionis praefati Rendi Stanislai Grochowski fratris sui germani vel eius successorum ipsum Magnificum Kostka et ipsius successores ab omni impetitione iuridica praedicti Rendi Grochowski fratris sui successorumque eius ratione praemissorum per se recognoscendi ad praesens nomine ipsius recognitarum exonerando in omni Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tuendo defendere evincere et intercedere ac ubilibet indemnem et indemnes reddere Idque sub simili et speciali vadio sedecem millium et quingentorum florenorum pecuniae polonicalis per praefatum recognoscentem Generosum Raphaelem Grochowski vexilliferum Terrae Premisliensis et ipsius successores praefato Magnifico Nicolao Raphaeli Kostka et ipsius successoribus ob non complentionem praemissorum

omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbere. Nihilominus memoratae partes utraeque recognoscentes se ac suos successores de et super bonis suis quibusvis omnibus habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri parti cum posteris suis inscribunt et obligant praesentem inscriptionem praesentem roboratam ex his actis castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia sive coniunctim sive seorsim intra decursum unius anni abhinc computandum transferre et transportare suaque personali recognitione approbare. Et dant sibi facultatem plenariam et omnimodam potestatem eaedem partes utraeque recognoscentes suis cum successoribus inscriptionem praesentem ex his actis authentice exceptam ad praefata acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferre et transportare quae transportata tantum robur habebit actis per partem utramque transportata. Cui transportationi inscriptionis praesentis partes praefatae utraeque recognoscentes se et suos successores de et super bonis suis quibusvis omnibus habitis et habendis una pars alteri parti ac posteris utriusque partis mutuo et invicem non contradicturam inscribunt et obligant praesentibus [illegible] sub simili et speciali vadio sexdecem millium et quingentorum florenorum pecuniae polonicalis per partem parti et successores utriusque ob non transportationem eiusdem inscriptionis pro tempore et loco supra expressis Necnon et ob contradictionem eiusdem inscriptionis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbere. Pro quibus quidem vadio vel vadiis praefatis ac pro aliqua parte ex praemissis non completa citata extunc pars una sive ipsius successores citati extunc ad instantiam partis alterius vel ipsius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recedendo ut supra a Terrestris districtus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus se vero cum successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad respondendum et inscriptioni praesenti in toto satis faciendum incorporando in primo [illegible] termino tanquam peremptorio tacere parere se-

spondere

spondere. Pro vadioque vel vadiis praefatis ac pro se ipsis parti per quam citatus tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satis facere debebit et tenebitur seque ac posteros suos obligat cumque primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ac admunimenta vel aliis quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo ad quietationem ultra per vos terminos officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullaque modo nec appellationes ac eandem prorogationes faciendo tum praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis [illegible] fatalibus iuribus praesentione Domi bello Conuentione et aliis quibusvis iuribus remediis et defensionibus non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Magnificus Capneus Margeburgensis et Grochowscy Roborant.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparentes Illustris et Magnificus Nicolaus Raphael a Stemberg Kostka Incisor Sacrae Reginalis Maiestatis Margeburgensis Starosta [illegible] et Capneus ab una et Generosi Raphael a Grochowce Grochowski vexillifer Terrae Premisliensis Aulicus Sacrae Regiae Maiestatis ac Felicianus de Grochowce Grochowski Notarius Terrae Premisliensis fratres inter se germani parte ab altera mentibus et corporibus sani a Terrestris Districtus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se cum successoribus super bonis suis quibusvis omnibus mutuo et invicem una pars alteri ac posteris [illegible] obliga-